



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

4. Maria visitat Elisabetham.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO III.

*Gabriel miraculum miraculo confir-  
mat. Virgo consentit. Concipi-  
tur Christus.*

I. **E**Cce Elisabeth cognata tua, & ipsa con-  
cepit filium in senectute sua : & hic  
mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis :  
quia non erit impossibile apud Deum omne  
verbum. *Luc. 1. v. 36. & 37.*

II. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Do-  
mini : fiat mihi secundum verbum tuum. *Luc. 1. v. 38.*

III. Et Verbum caro factum est, & ha-  
bitavit in nobis. *Ioan. 1. v. 14.* Et discessit  
ab illa Angelus. *Luc. 1. v. 38.*

MEDITATIO IV.

*Maria Visitat Elisabetham.*

I. **E**Xurgens autem Maria in diebus illis  
abiit in Montana cum festinatione, in  
civitatem Iuda. *Luc. 1. v. 39.*

II. Et intravit in domum Zachariæ, &  
salutavit Elisabeth. *Luc. 1. v. 40.*

III. Et factum est, ut audivit salutatio-  
nem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in

4 VITA CHRISTI

utero eius : & repleta est Spiritu sancto. Elisabeth, *Luc. 1. v. 41.*

MEDITATIO V.

*Elisabeth Mariam laudibus  
extollit.*

I. **R**epleta est Spiritu sancto Elisabeth : & exclamavit voce magna, & dixit : Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? *Luc. 1. v. 42. c. 43.*

II. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. *Luc. 1. v. 44.*

III. Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. *Luc. 1. v. 45.*

IV. Et ait Maria : Magnificat anima mea Dominum, &c. *Luc. 1. v. 46.* Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus : & reversa est in domum suam. *Luc. 1. v. 56.*

ME.